

tuæ custódi me, * ut pupillam óculi.

Sub umbra alárum tuárum prótege me : * a fácie impiórum qui me afflixérunt.

Inimíci mei ánimam meam circumdedérunt, ádipem suum conclusérunt : * os eórum locútum est supérbiam.

Projiciéntes me nunc circumdedérunt me : * óculos suos statuérunt declináre in terram.

Suscepérunt me sicut leo parátus ad prædam : * et sicut cáculus leónis hábitans in ábditis.

Exsúrge Dómine, præveni eum, et supplánta eum : * éripe ánimam meam ab ímpio, frámeam tuam ab inimícis manus tuæ.

Dómine a paucis de terra dívide eos in vita eórum : * de abscondítis tuis adimplétus est venter eórum.

Saturáti sunt fíliis : * et dimisérunt reliquias suas párvulis suis.

Ego autem in justítia apparébo conspéctui tuo : * satiábor cum apparúerit glória tua.

In Adventu, Aña. Rex noster advéniet Christus, quem Joánnes prædicávit Agnum esse ventúrum.

Aña. Ecce vénio.
Per Annum, Aña. Propter verba labiórum tuórum ego custodívi vias duras.

Aña. Diligam te.
Et non repetitur in Psalmo : quod semper fit, quando Aña incipit a primo Versu Psalmi; et Psalmus tunc incipitur ab eo verbo, in quo desinit Aña, sive integra dicatur, sive tantum inchoata; si tamen eadem sint verba, et continuetur Aña cum Psalmo.

Psalmus rñij.
Diligam te Dómine fortitúdo mea : * Dóminus firmaméntum meum, et refúgium meum, et liberátor meus.

Deus meus adjútor meus, * et sperábo in eum.
Protéctor meus, et cornu salutis meæ, * et suscéptor meus.

Laudans invocábo Dóminum : * et ab inimícis meis salvus ero.

Circumdedérunt me dolóres mortis : * et torréntes iniquitátis conturbavérunt me.

Dolóres inférni circumdedérunt me : * præoccupavérunt me láquei mortis.

In tribulatióne mea invocávi Dóminum, * et ad Deum meum clamávi :

Et exaudivit de templo sancto suo vocem meam : * et clamor meus in conspéctu ejus, introívit in aures ejus.

Commóta est, et contrémuit terra : * fundaménta móntium conturbáta sunt, et commóta sunt, quóniam irátus est eis.

Ascéndit fumus in ira ejus : et ignis a fácie ejus exársit : * carbónes succénsi sunt ab eo.

Inclinávit cœlos, et descendit : * et caligo sub pédibus ejus.

Et ascéndit super Chérubim, et volávit : * volávit super pennas ventórum.

Et pósuit ténebras latibulum suum, in circúitu ejus tabernáculum ejus : * tenebrósa aqua in núbibus áeris.

Præ fulgóre in conspéctu ejus nubes transiérunt, * grando, et carbónes ignis.

Et intónuit de cœlo Dóminus, et Altíssimus dedit vocem suam : * grando et carbónes ignis.

Et misit sagíttas suas, et dissipávit eos : * fúlgura multiplicávit, et conturbávit eos.

Et apparúerunt fontes aquárum, * et reveláta

sunt fundaménta orbis terrárum :

Ab increpatióne tua Dómine, * ab inspiratióne spíritus iræ tuæ.

Misit de summo, et accépit me : * et assúmpsit me de aquis multis.

Eripuit me de inimícis meis fortíssimis, et ab his qui odérunt me : * quóniam confortáti sunt super me.

Prævenérunt me in die afflictiónis meæ : * et factus est Dóminus protéctor meus.

Et edúxit me in latitúdinem : * salvum me fecit, quóniam voluit me.

Et retribuet mihi Dóminus secúndum justítiam meam, * et secúndum puritátem mánuum meárum retribuet mihi :

Quia custodívi vias Dómini, * nec ímpie gessi a Deo meo.

Quóniam ómnia judícia ejus in conspéctu meo : * et justítias ejus non répuli a me.

Et ero immaculátus cum eo : * et observábo me ab iniquitáte mea.

Et retribuet mihi Dóminus secúndum justítiam meam : * et secúndum puritátem mánuum meá-

rum in conspéctu oculórum ejus.

Cum sancto sanctuseris,* et cum viro innocénte innocens eris :

Et cum elécto eléctus eris : * et cum perverso pervertéris.

Quóniam tu pópulum húmílem salvum fácies : * et óculos superbórum humiliábis.

Quóniam tu illúminas lucérnam meam Dómine : * Deus meus illúmina ténebras meas.

Quóniam in te erípiar a tentatióne, * et in Deo meo transgrédiam murum.

Deus meus impollúta via ejus : elóquia Dómini igne examináta : * protectores ómnium sperántium in se.

Quóniam quis Deus præter Dóminum? * aut quis Deus præter Deum nostrum?

Deus qui præcínxit me virtúte : * et púsuit immaculátam viam meam.

Qui perfécit pedes meos tamquam cervórum, * et super excélsa státuens me.

Qui docet manus meas ad proelium : * et posuisti, ut arcum æreum, bráchia mea.

Et dedisti mihi protecti-

nem salutis tuæ : * et déxtera tua suscepit me :

Et disciplína tua corréxit me in finem : * et disciplína tua ipsa me docébit.

Dilatásti gressus meos subtus me : * et non sunt infirmáta vestígia mea :

Pérsequar inimicos meos, et comprehéndam illos : * et non convértar, donec deficiant.

Confríngam illos, nec póterunt stare : * cadent subtus pedes meos.

Et præcínxisti me virtúte ad bellum : * et supplantásti insurgéntes in me subtus me.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, * et odiéntes me disperdidisti.

Clamavérunt, necerat qui salvos fáceret, ad Dóminum : * nec exaudivit eos.

Et commínuam eos, ut púlverem antefáciem ventí : * ut lutum plateárum delébo eos.

Erípies me de contradic-tiónibus pópuli : * constítues me in caput Géntium.

Pópulus, quem non cognóvi, servívit mihi : * in auditu auris obedívit mihi.

Fílii aliéni mentíti sunt mihi, * fílii aliéni inveteráti sunt, et claudicavérunt a sémitis suis.

Vivit Dóminus, et benedíctus Deus meus, * et exaltétur Deus salutis meæ.

Deus, qui das vindíctas mihi, et subdis pópulos sub me, * liberátor meus de inimicis meis iracúndis.

Et ab insurgéntibus in me exaltábis me : * a viro iníquo erípies me.

Proptérea confitébor tibi in natióibus Dómine : * et nómini tuo psalmum dicam.

Magníficans salútes Regis ejus, et faciens misericórdiam Christo suo David, * et sémini ejus usque in sæculum.

In Adventu, Aña. Ecce vénio cito, et merces mea mecum est, dicit Dóminus: dare unicuíque secúndum ópera sua.

V. Emítte Agnum Dómine Dominatórem terræ.

R. De Petra desérti ad montem filíæ Sion.

Per Annum, Aña. Diligam te Dómine virtus mea.

V. Quóniam tu illúminas lucérnam meam Dómine.

R. Deus meus illúmina ténebras meas.

Pater noster. **secreto.**

V. Et ne nos indúcas in tentatióne. **R.** Sed libera nos a malo.

Absolutio.

Ipsius pietas et misericórdia nos ádjuvet, qui cum Patre et Spíritu sancto vivit et regnat in sæcula sæculórum.

R. Amen.

V. Jube domne benedícere.

Benedictio. Deus Pater omnipotens sit nobis propítius et clemens. **R.** Amen.

Pro quinta Lectione, Benedictio. Christus perpétuæ det nobis gáudia vitæ. **R.** Amen.

Pro sexta Lectione, Benedictio. Ignem sui amóris accéndat Deus in córdibus nostris. **R.** Amen.

In III. Nocturno.

In Adventu, Antiphona. Gábriel Angelus.

Per Annum, Aña. Non sunt loquélæ.

Psalmus cxliij.

Celi enarrant glóriam Dei, * et ópera mánuum ejus annúntiat firmaméntum.

Dies diéi erúctat verbum, * et nox nocti índicat sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque sermónes, * quorum non audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit sonus eórum : * et in fines orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernáculum suum : * et ipse tamquam sponsus procedens de thálamo suo :

Exsultávit ut gigas ad curréndam viam, * a summo cœlo egressio ejus :

Et occúrsus ejus usque ad summum ejus : * nec est qui se abscondat a calóre ejus.

Lex Dómini immaculáta convértens ánimas : * testimónium Dómini fidéle, sapiéntiam præstans parvulis.

Justitiæ Dómini rectæ, lætificántes corda : * præceptum Dómini lúcidum, illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus, pérmanens in sæculum sæculi : * júdicia Dómini vera, justificáta in semetípse.

Desiderabilia super aurum et lápidem pretiósium multum : * et dulcióra super mel et favum.

Etenim servus tuus custódit ea, * in custodiéndis illis retribútió multa.

Delicta quis intélligit? ab occúltis meis munda me : * et ab aliénis parce servo tuo.

Si mei non fúerint domináti, tunc immaculátus ero : * et emundábor a delicto máximo.

Et erunt ut compláceant elóquia oris mei : * et meditátio cordis mei in conspéctu tuo semper.

Dómine adjútor meus, * et redémptor meus.

In Adventu, Añã. Gábriel Angelus locútus est Mariæ, dicens : Ave grátia plena, Dóminus tecum : benedicta tu inter mulieres.

Añã. Maria dixit.

Per Annum, Añã. Non sunt loquélæ, neque sermónes, quorum non audiántur voces eórum.

Añã. Exáudiat.

Psalmus rrr.

EXáudiat te Dóminus in die tribulatiónis : * próteget te nomen Dei Jacob.

Mittat tibi auxiliúm de sancto : * et de Sion tueáture te.

Memor sit omnis sacrificií tui : * et holocáustum tuum pingue fiat.

Tríbuat tibi secúndum cor tuum : * et omne consílium tuum confirmet.

Lætábimur in salutári tuo : * et in nómine Dei nostri magnificábimur.

Impleat Dóminus omnes petitiónes tuas : * nunc cognóvi quóniam salvum fecit Dóminus Christum suum.

Exáudiet illum de cœlo sancto suo : * in potentátibus salus dexteræ ejus.

Hi in curribus, et hi in equis : * nos autem in nómine Dómini Dei nostri invocábimus.

Ipsi obligáti sunt, et cecidérunt : * nos autem surréximus, et erécti sumus.

Dómine salvum fac regem : * et exáudi nos in die, qua invocáverimus te.

In Adventu, Añã. María dixit : Putas qualis est ista salutatio : quia conturbáta est ánima mea, et qui paritúra sum Regem, qui claustrum virginitátis meæ non violábit?

Añã. In advéntu.

Per Annum, Antiphona. Exáudiat te Dóminus in die tribulatiónis.

Añã. Dómine.

Psalmus rr.

Domine in virtúte tua lætábitur rex : * et super salutáre tuum exsultábit veheméner.

Desidérium cordis ejus tribuísti ei : * et voluntáte labiórú ejus non fraudásti eum.

Quóniam prævenísti eum in benedictiónibus dulcédinis : * posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretiósio.

Vitam pétiit a te : * et tribuísti ei longitudínem diérum in sæculum, et in sæculum sæculi.

Magna est glória ejus in salutári tuo : * glóriam et magnum decórem impónes super eum.

Quóniam dabis eum in benedictiónem in sæculum sæculi : * lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam rex sperat in Dómino : * et in misericórdia Altíssimi non commovébitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimicis tuis : * dextera tua invéniat omnes, qui te odérunt.

Pones eos ut clíbanum ignis in témpore vultus tui : * Dóminus in ira sua conturbábit eos, et devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes : * et semen eórum a filiis hóminum.

Quóniam declinavérunt in te mala : * cogitavérunt consília, quæ non potuerunt stabilíre.

Quóniam pones eos dorsum : * in reliquiis tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre Dómine in virtúte tua : * cantábimus et psallémus virtútes tuas.

In Adventu, Aña. In adventu summi Regis mundentur corda hominum, ut digne ambulemus in occursum illius : quia ecce veniet, et non tardabit.

✠. Egrediatur Dominus de loco sancto suo. ✠. Veniet ut salvet populum suum.

Per Annum, Aña. Domine in virtute tua lætabitur rex.

✠. Exaltare Domine in virtute tua. ✠. Cantabimus et psallemus virtutes tuas.

Pater noster. secreto.

✠. Et ne nos inducas in tentationem. ✠. Sed libera nos a malo.

Absolutio.

A Vinculis peccatorum nostrorum absolvat nos omnipotens et misericors Dominus. ✠. Amen.

✠. Jube domne benedicere.

Benedictio. Evangelica lectio sit nobis salus et protectio. ✠. Amen.

Pro octava Lectione, Benedictio. Divinum auxilium maneat semper nobiscum. ✠. Amen.

Pro nona Lect. Bened. Ad societatem civium super norum perducat nos Rex Angelorum. ✠. Amen.

Sequens Hymnus semper dicitur post ultimam Lect. in omnibus Dominicis et Festis tantum (excepto Festo SS. Innocent., quando non venit in Dñica), a Nativitate Dñi usque ad Septuag. In Adventu autem non dicitur, nisi in Festis. Quando vero non dicitur, ejus loco ponitur ix. aut iij. Responsorium.

Hymnus SS. Ambrosii et Augustini.

TE Deum laudamus : te Dominum confitemur, Te æternum Patrem omnis terra veneratur.

Tibi omnes Angeli, tibi cœli, et universæ Potestates, Tibi Chérubim, et Séraphim, incessabili voce proclamant :

Sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cœli et terra : majestatis glóriæ tuæ.

Te gloriosus Apostolorum chorus,

Te Prophetarum laudabilis numerus,

Te Mátyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarum sancta confitetur Ecclésia.

Patrem immensæ majestatis,

Venerandum tuum verum et únicum Fílium,

AD LAUDES.

Sanctum quoque Paráclitum Spíritum.

Tu Rex glóriæ Christe. Tu Patris sempiternus es Fílius.

Tu ad liberandum suscepturus hominem : non horruisti Virginitatis úterum.

Tu devicto mortis aculeo : aperuisti credentibus regna cœlorum.

Tu ad dexteram Dei sedes, in glória Patris.

Judex crederis esse venturus.

Te ergo quæsumus, tuis famulis subveni : quos pretioso sanguine redemisti.

Æterna fac cum sanctis tuis : in glória numerari.

Salvum fac populum tuum Domine, et benedic hereditati tuæ.

Et rege eos, et extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies benedicimus te.

Et laudamus nomen tuum in sæculum, et in sæculum sæculi.

Dignare Domine die isto sine peccato nos custodire.

Miserere nostri Domine : miserere nostri.

Fiat misericordia tua Domine super nos, quem admodum speravimus in te.

In te Domine speravi : non confundar in æternum.

✠. Deus in adjutorium meum intende. ✠. Domine ad adjuvandum me festina.

Glória Patri, et Fílio, et Spíritui sancto. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen. Allelúia. **vel** Laus tibi Domine, Rex æternæ glóriæ. **pro temporis diversitate.**

A Dominica post Octavam Epiphaniæ usque ad Septuages. Aña. Allelúia.

Psalmus cxiij.



ominus regnavit, decorem indutus est : * indutus est Dominus fortitudinem, et præcinxit se.

Etenim firmavit orbem terræ, * qui non commovebitur.

Parata sedes tua ex tunc : * a sæculo tu es.

Elevaverunt flumina Domine : * elevaverunt flumina vocem suam.

Elevaverunt flumina fluctus suos, * a vóibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris, * mirabilis in altis Dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis : * domum tuam decet san-

ctitúdo Dómine in longitúdinem diérum.

Psalmus xcix.

Jubiláte Deo omnis terra : * servíte Dómino in lætítia.

Introíte in conspéctu ejus, * in exsultatióne.

Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus : * ipse fecit nos, et non ipsi nos :

Pópulus ejus, et oves páscuæ ejus : * introíte portas ejus in confessióne, átria ejus in hymnis : confitémini illi.

Laudáte nomen ejus : quóniam sævis est Dóminus, in ætérnum misericórdia ejus, * et usque in generatióne et generatióne veritas ejus.

Psalmus lxxij.

Deus Deus meus * ad te de luce vígilo. Sitívit in te ánima mea, * quam multipliciter tibi caro mea.

In terra desérta, et ínvia, et inaquósa : * sic in sancto appáruit tibi, ut vidérem virtútem tuam, et glóriam tuam.

Quóniam mélior est misericórdia tua super vitas : * lábia mea laudábunt te.

Sic benedicam te in vita mea : * et in nómine tuo levábo manus meas.

Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima mea : * et lábiis exsultatiónis laudábit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditábor in te : * quia fuísti adjútor meus.

Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, adhæsít ánima mea post te : * me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanum quæsiérunt ánimam meam, introíbunt in inferióra terræ : * tradéntur in manus gládii, partes vúlpium erunt.

Rex vero lætábitur in Deo, laudábuntur omnes qui jurant in eo : * quia obstrúctum est os loquéntium iniqua.

Hic non dic. Glória Patri.

Psalmus lxxij.

Deus misereátur nostri, et benedicat nobis : * illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

Ut cognoscámus in terram viam tuam : * in ómnibus Géntibus salutáre tuum.

Confíteántur tibi pópuli Deus : * confíteántur tibi pópuli omnes.

Læténtur et exsúltent Gentes : * quóniam júdicas

pópulos in æquitáte, et Gentes in terra dirígis.

Confíteántur tibi pópuli Deus : confíteántur tibi pópuli omnes : * terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus : * et métuant eum omnes fines terræ.

Glória Patri. etc.

Per Annum, Antiphona.

Allelúia, allelúia.

Antiphona. Tres púeri.

Canticum trium puerorum.

Danielis iij. c

Benedícite ómnia ópera Dómini Dómino : * laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedícite Angeli Dómini Dómino : * benedicite cœli Dómino.

Benedícite aquæ omnes quæ super cœlos sunt, Dómino : * benedicite omnes virtútes Dómini Dómino.

Benedícite sol et luna Dómino : * benedicite stellæ cœli Dómino.

Benedícite omnis imber et ros Dómino : * benedicite omnes spíritus Dei Dómino.

Benedícite ignis et æstus Dómino : * benedicite frigus et æstus Dómino.

Benedícite rores et pruina Dómino : * benedicite gelu et frigus Dómino.

Benedícite glácies et nives Dómino : * benedicite noctes et dies Dómino.

Benedícite lux et tenebræ Dómino : * benedicite fúlgora et nubes Dómino.

Benedicat terra Dómini : * laudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite montes et colles Dómino : * benedicite univérta germinántia in terra Dómino.

Benedícite fontes Dómino : * benedicite mária et flúmina Dómino.

Benedícite cete, et ómnia, quæ movéntur in aquis, Dómino : * benedicite omnes vólucres cœli Dómino.

Benedícite omnes béstiæ et pécora Dómino : * benedicite filii hóminum Dómino.

Benedicat Israel Dómini : * laudet et superexáltet eum in sæcula.

Benedícite sacerdotes Dómini Dómino : * benedicite servi Dómini Dómino.

Benedícite spíritus, et ánimæ justórum Dómino : * benedicite sancti, et húmiles corde Dómino.

Benedícite Ananía, Azaría, Mísael Dómino : * laudáte et superexaltáte eum in sæcula.

Benedicámus Patrem et Fílium cum sancto Spíri-

tu : * laudémus et super-
exaltémus eum in sæcula.

Benedíctus es Dómine
in firmaménto cœli : * et
laudábilis, et gloriósus, et
superexaltátus in sæcula.

Hic non dicitur Glória
Patri. **neque Amen. In**
aliis Canticis dicuntur.

Per Annum, Aña. Tres
púerijussu regis in forná-
cem missi sunt, non timén-
tes flammam ignis, dicén-
tes : Benedíctus Deus.

Aña. Allelúia.

Psalmus cclviij.

Laudáte Dóminum de
cœlis : * laudáte eum
in excelsis.

Laudáte eum omnes An-
geli ejus : * laudáte eum
omnes virtútes ejus.

Laudáte eum sol et lu-
na : * laudáte eum omnes
stellæ, et lumen.

Laudáte eum cœli cœ-
lórurum : * et aquæ omnes,
quæ super cœlos sunt,
laudent nomen Dómini.

Quia ipse dixit, et facta
sunt : * ipse mandávit, et
creáta sunt.

Státuit ea in ætérnum,
et in sæculum sæculi : *
præcéptum pósuit, et non
præteríbit.

Laudáte Dóminum de
terra, * dracónes, et om-
nes abyssi.

Ignis, grando, nix, glácies,
spiritus procellárum : *
quæ faciunt verbum ejus :
Montes, et omnes col-
les : * ligna fructifera, et
omnes cedri.

Béstia, et univérsa pé-
cora : * serpéntes, et vó-
lucres pennatæ :

Reges terræ, et omnes
pópuli : * príncipes, et om-
nes júdices terræ.

Júvenes, et vírgines : se-
nes cum junióribus lau-
dent nomen Dómini : *
quia exaltátum est no-
men ejus solius.

Conféssio ejus super cœ-
lum et terram : * et exal-
távit cornu pópuli sui.

Hymnus ómnibus sanctis
ejus : * filiis Israel, pó-
pulo appropinquánti sibi.

Hic non dic. Glória Patri.

Psalmus cclix.

Cantáte Dómino cánti-
cum novum : * laus
ejus in ecclésia sanctorum.

Lætétur Israel in eo, qui
fecit eum : * et filii Sion
exsúltent in rege suo.

Laudent nomen ejus in
choro : * in tympano, et
psalterio psallant ei :

Quia beneplácitum est
Dómino in pópulo suo : *
et exaltábit mansuétos in
salútem.

Exsultábunt sancti in

glória : * lætabúntur in
cubilibus suis.

Exaltatiónes Dei in gút-
ture eórum : * et gládii an-
cipites in máribus eórum :
Ad faciéndam vindíctam
in natióibus : * increpa-
tiónes in pópulis.

Ad alligándos reges eó-
rum in compédibus : * et
nóbiles eórum in mánicis
férris.

Ut fáciant in eis judícium
conscríptum : * glória hæc
est ómnibus sanctis ejus.

Hic non dic. Glória Patri.

Psalmus cl.

Laudáte Dóminum in
sanctis ejus : * lau-
dáte eum in firmaménto
virtútis ejus.

Laudáte eum in virtúti-
bus ejus : * laudáte eum
secúndum multitudínem
magnitúdinis ejus.

Laudáte eum in sono
tubæ : * laudáte eum in
psalterio, et cíthara.

Laudáte eum in tympa-
no, et choro : * laudáte
eum in chordis, et órgano.

Laudáte eum in cymba-
lis benesonántibus : lau-
dáte eum in cymbalis ju-
bilatiónis : * omnis spiritus
laudet Dóminum.

Glória Patri. **etc.**

Per Annum, Antiphona.
Allelúia, allelúia, allelúia.

**Sequens Capitulum dicitur
in Dñicis, a secunda post
Epiph. usque ad Septuag.
Capitulum.** Apoc. vij. c

Benedíctio, et cláritas,
et sapiéntia, et gra-
tiárum áctio, honor, vir-
tus, et fortitúdo Deo no-
stro in sæcula sæculórum.
Amen. **x.** Deo grátias.

**Sic respondetur in fine
omnium Capitulorum.**

Hymnus.

Æterne rerum Cón-
ditor,
Noctem diémque qui regis,
Et téporum das tépora,
Ut álleves fastídium.

Noctúrna lux viántibus
A nocte noctem ségre-
gans,

Præco diéi jam sonat,
Jubárque solis évocat.

Hoc excitátus lúifer
Solvit polum calígine :
Hoc omniserrónum cohors
Viam nocéndi désertit.

Hoc nauta vires cólligit,
Pontíque mitéscunt freta :
Hoc, ipsa petra Ecclésia,
Canénte, culpam diluit.

Surgámus ergo strénue :
Gallus jacéntes éxcitat,
Et somnoléntos increpat,
Gallus negántes árguit.

Gallo canénte spes reedit,
Ægris salus refúnditur,
Mucro latrónis cónditur,
Lapsis fides revértitur.

Jesu labántes respice,
Et nos vidéndo corrige :
Si respicis, labes cadunt,
Fletúque culpa solvitur.
Tu lux refúlge sénsibus,
Mentisque somnum dis-
cute :

Te nostra vox primum so-
net,

Et vota solvámus tibi.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Filio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, et per omne sæcu-
lum. Amen.

Per Annum, *v.* Dóminus
regnávit, decórem induit.

x. Induit Dóminus forti-
túdinem, et præcínxit se
virtúte.

A Septuagesima usque
ad Quadrages. *v.* Dó-
mine refúgium factus es
nobis. *x.* A generatióne
et progénie.

In Adventu, Hymnus et
v. ut in Proprio de Tem-
pore.

Cantic. Zachariæ. Luc. j. g

Benedictus Dóminus
Deus Israel, * quia
visitávit, et fecit redem-
ptiõem plebis suæ :

Et eréxit cornu salutis
nobis : * in domo David
púeri sui.

Sicut locútus est per os
sanctorum, * qui a sæculo
sunt, Prophetárum ejus :

Salútem ex inimicis no-
stris, * et de manu óm-
nium, qui odérunt nos :
Ad faciendam miseri-
córdiam cum pátribus no-
stris : * et memorári testa-
ménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurá-
vit ad Abraham patrem
nostrum, * datúrum se
nobis :

Ut sine timóre, de ma-
nu inimicórum nostrórum
liberáti, * serviámus illi.

In sanctitáte, et justítia
coram ipso, * ómnibus
diébus nostris.

Et tu puer, Prophéta Al-
tíssimi vocáberis : * præ-
íbis enim ante faciém Dó-
mini paráre vias ejus :

Ad dandam sciéntiam
salútis plebi ejus : * in
remissionem peccatórum
eórum :

Perviscera misericórdiæ
Dei nostri : * in quibus visi-
távit nos, óriens ex alto :

Illumináre his, qui in té-
nebris, et in umbra mortis
sedent : * ad dirigéndo-
pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri. etc.
Deinde dicitur Aña et
Oratio propria, et post
eam, si occurrat eo die
aliquod Festum simplex,
vel ad modum Simplicis
recolendum, fit de eo

Commemor. Postremo (si
id tempus requirat) fiunt
Commem. de S. Maria, de
S. Joseph, de Apostolis, et
de Patrono Eccles. in ordi-
ne aliarum Commem. se-
cundum illius dignitatem,
et ultimo loco de Pace, ut
infra in Vesp. Sabbati. 177.

In fine, si discedendum
sit a Choro, dicitur una ex
Añis B. Mariæ, ut habetur
infra post Completor. 183.

DOMINICA AD PRIMAM.

Pater noster. Ave Maria.
Credo. *v.* Deus in adjutó-
rium. ut supra. 21.

Hymnus.

JAM lucis orto sídere
Deum precémur súp-
plices,

Ut in diúrnis áctibus
Nos servet a nocéntibus.

Linguam refrénans tém-
peret,

Ne litis horror ínsonet :
Visum fovéndo cóntegat,
Ne vanitátes háuriat.

Sint pura cordis íntima,
Absistat et vecórdia :
Carnis terat supérbiam
Potus cibique párcitas.

Ut cum dies abscesserit,
Noctémque sors redúxerit,
Mundi per abstinéntiam
Ipsi canámus glóriam.

Deo Patri sit glória,
Ejúsque soli Filio,

Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, et per omne sæcu-
lum. Amen.

In Dominicis per An-
num, Antiphona. Allelúia.

Psalmus liij.

Eus in nómine tuo
salvum me fac : *
et in virtúte tua
júdica me.

Deus exáudi oratiõem
meam : * áuribus pércipe
verba oris mei.

Quóniam aliéni insur-
rexérunt advérsus me, et
fortes quæsiérunt ánimam
meam : * et non proposué-
runt Deum ante conspé-
ctum suum.

Ecce enim Deus ádjuvat
me : * et Dóminus suscé-
ptor est ánimæ meæ.

Avérte mala inimicis
meis : * et in veritáte tua
dispérde illos.

Voluntáre sacrificábo
tibi, * et confitébor nómi-
ni tuo Dómine : quóniam
bonum est :

Quóniam ex omni tribu-
latiõem eripuísti me : * et
super inimicos meos de-
spéxit óculus meus.

Sequens Ps. Confitémini
Dómino. dicitur tantum in
Dñicis, quando fit Offic.
de Dñica, ut in Psalterio.
A Septuages. vero usque
ad Pascha, ejus loco dic.

Ps. Dóminus regnávít. ut
supra in Laudibus. 21.

Psalmus cxvij.

Confitémini Dómino
quóniam bonus : *
quóniam in sæculum mi-
sericórdia ejus.

Dicat nunc Israel quóniam
bonus : * quóniam
in sæculum misericórdia
ejus.

Dicat nunc domus Aa-
ron : * quóniam in sæcu-
lum misericórdia ejus.

Dicant nunc qui timent
Dóminum : * quóniam in
sæculum misericórdia ejus.

De tribulatióne invocávi
Dóminum : * et exaudivit
me in latitúdine Dóminus.

Dóminus mihi adjútor : *
non timébo quid fáciat
mihi homo.

Dóminus mihi adjútor : *
et ego despíciám inimícos
meos.

Bonum est confídere in
Dómino, * quam confídere
in hómine :

Bonum est speráre in
Dómino, * quam speráre
in princípibus.

Omnes Gentes circuié-
runt me : * et in nómine
Dñi quia ultus sum in eos.

Circumdántes circumde-
derunt me : * et in nómine
Dñi quia ultus sum in eos.

Circumdedérunt me sic-

ut apes, et exarsérunt sic-
ut ignis in spinis : * et in
nómine Dómini quia ultus
sum in eos.

Impúlsuse vérsus sum ut
cáderem : * et Dóminus
suscépit me.

Fortitúdo mea, et laus
mea Dóminus : * et factus
est mihi in salutem.

Vox exsultatiónis, et sa-
lútis * in tabernáculis ju-
stórum.

Déxtera Dómini fecit
virtútem : déxtera Dómi-
ni exaltávit me, * déxtera
Dómini fecit virtútem.

Non móriar, sed vivam : *
et narrábo ópera Dómini.

Castigans castigávit me
Dóminus : * et morti non
trádidit me.

Aperíte mihi portas ju-
stítiae, ingressus in eas
confitébor Dómino : * hæc
porta Dómini, justi intrá-
bunt in eam.

Confitébor tibi quóniam
exaudivisti me : * et factus
es mihi in salutem.

Lápidem, quem reproba-
vérunt ædificántes : * hic
factus est in caput ánguli.

A Dómino factum est
istud : * et est mirábile in
óculis nostris.

Hæc est dies, quam fe-
cit Dóminus : * exsulté-
mus, et lætémur in ea.

O Dómine salvum me
fac, o Dómine bene pro-
speráre : * benedictus qui
venit in nómine Dómini.

Benediximus vobis de
domo Dómini : * Deus Dó-
minus, et illúxit nobis.

Constitúite diem solém-
nem in condénsis, * usque
ad cornu altáris.

Deus meus es tu, et con-
fitébor tibi : * Deus meus
es tu, et exaltábo te.

Confitébor tibi quóniam
exaudivisti me : * et factus
es mihi in salutem.

Confitémini Dómino quóniam
bonus : * quóniam
in sæculum misericórdia
ejus.

Psalmus cxviii.

Beáti immaculáti in
via : * qui ámbulant
in lege Dómini.

Beáti, qui scrutántur te-
stimónia ejus : * in toto
corde exquirunt eum.

Non enim qui operántur
iniquitátem, * in viis ejus
ambulavérunt.

Tu mandásti * mandáta
tua custodíri nimis.

Utinam dirigántur viæ
meæ, * ad custodiéndas
justificatiónes tuas.

Tunc non confúdar, *
cum perspéxero in ómni-
bus mandátis tuis.

Confitébor tibi in dire-

ctiône cordis : * in eo quod
didici judícia justítiae tuæ.

Justificatiónes tuas cu-
stódiam : * non me dere-
línquas usquequaque.

In quo corrigit adolescén-
tior viam suam? * in cu-
stodiéndo sermónes tuos.

In toto corde meo ex-
quisivi te : * ne repéllas
me a mandátis tuis.

In corde meo abscondi
elóquia tua : * ut non pec-
cem tibi.

Benedictus es Dñe : * do-
ce me justificatiónes tuas.

In lábiis meis, * pronun-
tiávi ómnia judícia oris tui.

In via testimoniórum
tuórum delectátus sum, *
sicut in ómnibus divítiis.

In mandátis tuis exercé-
bor : * et considerábo vias
tuas.

In justificatióibus tuis
meditábor : * non obliví-
scar sermónes tuos.

Retríbe servo tuo, vi-
vífica me : * et cu-
stódiam sermónes tuos.

Revéla óculos meos : *
et considerábo mirábilia
de lege tua.

Incola ego sum in terra : *
non abscondas a me man-
dáta tua.

Concupívit ánima mea
desideráre justificatiónes
tuas, * in omni témpore.